


ANN. XV. - N. 91

MM. FEBRUARIO ET MARTIO

AN. D. MCMXLV-V



PALAESTRA LATINA

SUMMARIUM

- | | |
|--|-----------------------------|
| Exercitationes scholares, | EZONO, ALBER- |
| | IUS, MAGO |
| De domus Romanae natura et partibus, | LÓPEZ PEGO |
| | LOZA - MARCOS |
| Poética, | MIR |
| Nova et Vetera, | MIR |
| Adjumenta grammaticalia, | MIR |
| Preludio al canto VI de la Ilíada. | RUIZ |
| De erratione Georgii Pelleterii pueri, | HABERL |
| | PASQUETTI |
| Propola circumforaneus, | |
| Per orbem | |
| Bibliographia, | BAIGARÍA, TRISTANIUS, |
| " | CANALS, MIR |
| Curiosa et Jocosa, | RAMOS, GARCÍA, CANALS, |
| " | CONEJERO, SANZ, COSCOJUELA, |
| | ALEGRE, ASPA |

Ordinarii et Superiorum permissu

Exercitationes Scholares

Psittacus et elephas (*Fabella Pamue*)

Tunc temporis psittacus et elephas amicitiam constituerunt. Sed psittaco unum pedem summis digitis suspendendi mos erat. Hoc autem elephas nesciebat. Quadam die cum hic illius domum pervenerit, eum uno pede stantem inventit. Quo valde admodum elephas obstupeuit, cumque sui impos interrogasset: An duo non sunt tibi pedes? — Ubi est alius? — Psittacus vero rentdens, illi respondit: Mei filii in nemus illum ad venationem portavere. Vale dicto, reversus est; et vix aut ne vix quidem suam pertingerat domum, lecta peracuta securi, pedem suum dexterum magno amputavit dolore, suosque cum eo filios ad venationem misit, stimulante amico. Heu miserum animal! Filii vero ejus in barbaricam silvam pedem portantes nihil ceperunt. Paucis post diebus ganguena elephantis vulnus laboravit, qui propterea perlit, ab amico deceptus.

Hoc illis narro, qui servili imitatione laborant.

JOSEPHUS EZONO

Banapae, in Seminario Beatae Virginis a Columna. (Fernando Poo).

Accipiter et columba (*Fabella Pamue*)

Accipiter et columba quodam in loco diu aetatem una degebant. Rostrum vero columbae nitidiusculum accipiter videns, peracutum esse animo versabat: et sic columba illi magnum incutiebat timorem. Quadam die dum se somno

dabat columba, accipiter, ut ea de rectiore se faceret, lectulum, quo ea obdormiscebat, supervenit, et rostrum ejus tetigit. Non fuisse acutissimum, nec robustum, neque forte, sicut id cogitatione informabat, vidit. Tunc metu deposito, remeavit; et ab eo tempore usque nunc persequi et morte afficere columbas coepit.

ALBERTUS
Indidem Banapae.

Nostri gorilae descriptio

Terribilis et deformis hic est, et quadrumanum fortior, in nostra Guinea abundantissimus; alla quae dicere possum vos omnes scire arbitror, et nunc de ejus curiosissima super leopardum victoria scribam. Quamquam saepissime leopardus vitor, est tamen aliquando a terribili homine silvarum vinctus. Quomodo accidit? E arborum ramis descendit noster homo et ante se inspicit leopardum. Statim ambo se praeparant ad fortiter dimicandum. Leopardus aduncos ungues acuit, nosterque homo silvam omnem terribili personat rugitu; non videndum neque audiendum! Confestini aggreditur noster gorila ac terribiliter colapho leopardum percutit et satis bene; nam hoc recepto et male afflictus fere stare nequit, humili tandem pessime percutitur atque necatur. Sic vitor gorila.

VINCENTIUS MAGO
Banapae

Lector, estne linguae Graecae alumnus aut cultor? Optimam tibi Grammaticam commendamus brevem, claram, doctrina probatam:

GRAMATICA GRIEGA

J. BERENGUER, Catedrático de Griego

3.^a ed. Editorial Bosch, apart. 928 - Barcelona


PALAEASTRA LATINA

Premium subnotationis annuac, solutione antelata, est 15 pesetarum in Hispania et Lusitania, 16 pes. in America et Philippinis insulis, et 17 pes. in reliquis civitatibus - Premium mittatur oportet ad Administratorem, Lauria, 5 - Barcinone - Apart. 1042

De domus Romanae natura et partibus

Pristina Italorum tuguria semen fuere domus Romanae; quae quidem ovatam formam referebant vel circularem, tecta autem proclivia in speciem coni. In Etruria vero cum foramine in medio tecto stribantur, qua et caelo et luci intimum pateret tugurium, atque fumus (nam in medio tugurio familiaris focus continuo collucebat) facilem ad auras aditum inveniret. Inde, quia tectum quod foramen ambiebat, ascende fumo, in nigrum seu atrum vertebatur, primo foramen, dein integra aula nomen *atrii* mutuavit. Id ergo principium fuit Romanae domus per totam populi

vitam; nam reliqua loca initio parva erant et haud magni momenti ad vitam. En vobis (sub 1.^a f.) domum Romanam Latino more strudam, quem increscens tugurium et —in perfectiore formam se evolvens— illam generavit. Vestibulum et taberna (1 et 2) ad viam exspectant. Sequitur atrium (3) quod totam fere compleat domum; superest autem cubiculum (4), quamquam grandius consuetudine, scalae ad contignationem (6) et parva culina (5).



men, quod audit *compluvium*, sive singulæ columnæ extremos foraminis angulos sustentabant (prout in 1.^a f. videre fas est) quod vocabant *tetrasylolum*; sive quartuor magnæ trabes inter se conexæ locum medium relinquebant vacuum, id quod atrium *toscanum* nominabatur. Puteus erat infra, *impluvium* nomine, exiguae altitudinis, eamdemque habens et magnitudinem et formam compluvium. In atrio Romano vita familiaris agebatur: aderat, juxta impluvium, *cubiculum*, mensa ad vasa fictilia et instrumenta, quae ad escam condiendam pertinent, collocanda, (e regione autem januae lectum patrisfamilias ab omnibus, apertis continuo valvis, conspicui poterat), retro ara, in qua pro illo igne foci pristini, sacer Vestiae ignis perpetuo ardebat. Atrium itaque sensim locus ad deorum cultum siebat; et quam-


quam plebei condidi epulas in medio igne servaverunt morem, patricii tamen ad religionem dumtaxat aram et ad optimorum deorum cultum; in culina vero et parabant viatum et deos familiares seu penates colebant. Servavit itaque atrium suam antiquitatem et religiosam simul et domesticam. Aderat hic servus, *atriarius* nominabatur, huic commissum erat munus ut ingredientes salutaret, eos, qui sibi placebant, induceret aliosque rejiceret.

Ex Pompejanis fissionibus domum conspicere juvabit (sub f. 2.^a) qualem archaeologi descripserunt;

vestibulum et *fauces* (1) praebent ingressum; pone est atrium, (2) *cubiculis* circundatum (*cub*), hinc et hinc *alae* (3), —nam ita vocantur loca in quibus dextra levaque expanditur summum atrium—, et e regione januae, magna porta aperitur *tablinum* (4). Etenim illo loco, ubi, ut antea notavimus, lectus locabatur patrisfamilias, nova nunc aula oritur, tablinum, primis temporibus adtributum,

ex quo nomen accepit nam mos erat priscorum in horto ad domum super tabulam se tradere conviviis. Praestantem locum in historia domus Romanae post atrium obtinuit tablinum, nam cum initio triclinii vices gereret, tabellarium deinde factum est, in quo thesauros et nummos arca familiaris servaret, et tabulae pictae atque simulacra majorum exhiberentur. Hic, diebus festis, coluntur majorum imagines, sacrificia offeruntur, adsunt amici et clientes, armariis apertis in quibus illa adservantur, dominus gloriose ostendit dimidiatas statuas leuissimorum virorum ac trophaea quae tot ac tantis bellis acquisierunt. Saepissime versabatur dominus in tablino ibique clientes excipiebat, quod posset utramque domus partem perspectam habere: ante prostat atrium, retro, *peristylum*, de quo satis abunde continuo dicemus. Reliqua cubicula praeter tablinum ut plurimum parva erant, nec claudebantur foribus, sed, tenuissimis linteis interpositis, facile ab interiore cubiculo atrium cernebatur, tamen ob levem umbram cubiculi ex atrio intimum cubiculum minime videres.

Adsunt et duo *triclinia*, hiemale (5) et vernum (6), *porticus* (7) et parvus hortus (8). Civibus enim, qui in maxima urbe, degebant omnino agrorum jucunditate orbata, cum jam per tot horas in foro et in viis versati essent, incredibilis erat desiderium degustandi in suis hortis laetissimam apricandi et rusticandi delectationem; at illi quidem horti nostra aetate non perstant. Addite culinam (9), latrinas (10), scalas ad contignationem (11), cellam penariam (12), transitum, qua servi eant redeantque (13), et duas tabernas, quarum altera (14) ad interiorem domum habet ingressum, altera (15) vero, omnino manet sejuncta, in qua scalae ad contignationem repertae sunt.




Ecce tibi peculiare exemplum domus Romanae, quam si exterius adspicias, in oculos primo obtutu, proclibus te&tis, compluvium (*a*) incurrit; fenestrae paucae sunt et parvae, satis enim luminis compluvium suppeditat, ex quo conjicias quam aliena a rebus externis et libera esset Romanorum vita privata.

Defluente aetate, cum Romanas aquilae ad Poenos et ad Graeciam delatae sunt, postquam imperatores mercatoresque orientales arces Graecaque ornamenta conspexerunt, tenuit illos maxima cupido ut illa omnia in propriam urbem transferrent, et mores, ex gentibus quibuscum habitaverant, sibi acciperent. Sic Romana virtus, quamquam viatrix semper existit, humanitate, institutis moribusque Hellenicis devicta est. Igitur illud Graecarum rerum studium cum in ceteris rebus, tum maxime in architectura vigebat; itaque domus Graeca novas aedificandi rationes Romam induxit.

Illo tempore, id est post Alexandri mortem, duobus peristylis seu quadratis porticibus ornabatur domus Graeca, primum post ingressum quod *androceus* vocabatur, idemque pervius erat etiam alienis, alterum vero *gineceus* locus feminis tantum et privatae vitae adservatus. Peristylum non sine aliqua senili repugnantia acceperunt Latini; apud Horatium, Varronem et alios, saepenumero questus vel nugas nanciscimur in cives qui mallebant Graecum peristylum potius quam atrium a majoribus acceptum. Nihil tamen profuit, et tandem peristylum jure Romanae civitatis donatum est.

Peristylo accepto, sic aedificatae sunt domus Romanae, (3.^a f.) ut post ingressum, vestibulum (1) et fauces (2), atrium servaretur cum aliis (3) in quibus frequenter erat *lararium*, dein tablinum (4) et parvulum *ambulacrum*, (5) quo iter in peristylum pateret quin per tablinum ultro citroque incedendum esset. Haec vetus pars, quam Latinam dixerim, eamque sequitur peristylum et exedra vel oecus (7), quam partem Graecam vocaverim.



Et fuit exedra quidem confabulationis vel concinationis amplissima aula et speciosissima, ex qua pulcherrimus oriebatur ex tota domo conspectus; nam ex ea peristylum in primis apparebat plenum radiorum solis qui cuncta mira luce pervadunt; dein tablinum sub quadam latet umbra benigna, denuo per compluvium accepta luce gratissimis luminibus collucet atrium, et umbra in vestibulo et lux in externa via; qua luminum et umbrarum varietate mira tenentur spectantium oculi deleatione. Finge etiam: exedra (8), triclinium (9), bibliotheca (10), culina (11), et porticum (12). Est haec domus Graecae-Romanae domus archetypum, similis procul dubio illius Ciceronianae domus quam Cloilius odio ac furore accensus diruit; cui etiam valde est proxima domus Pansae quam nobis cineres Vesubii et effosorum labor tradiderunt. —Quamquam sum natum, satis videmur descriptsse domum Romanam, nec vero credideris Romae illa in urbe quae fortasse aliqua decies centena

milia civium adnumerabat, omnes cives ejusmodi domos incolere. Haec domus, quam familiarem jure adpellares, divitum erat et patriciorum, aut eorum qui studio aliquo vel casu in veteres domos confugiebant. Maxima pars plebis nec tam divites ut domum possiderent propriam, nec tam egeni ut ad infestissimas recederent tabernas. Erant ii artifices et magistri, quorum alii sua ostendebant opera, alii in porticibus diligentes edocebant discipulos, dum ad vivendum cenaculis utebantur majoribus taberna prout pinguior fortuna patiebatur. In postremis contignationibus erant pergulae ubi vitam degebant equites et homines liberi, quamquam non multo gaudentes argento. Pergula autem constabat duobus tribusve cubiculis; aderat praeterea lararium et culina. Erant tamen ex pessima materia et aedificatione non optima, qua propter incendia saepe oriebantur. Aut domus in domos praecepites ruebant, a qua calamitate ut eas prohiberet vetavit Augustus quominus plus virginis et quattuor metris excellerent, qua altitudine vix pollent apud nos domus septem contignationibus praeditae.

Haec, quae de domo Romana diximus, vix aliquam speciem illarum offerunt quas notissimi et nobis colendissimi homines habitauint, si enim desiderium explere vellemus, nihil nisi ipsarum domorum spectatio sufficeret.

CAROLUS LÓPEZ PEGO, S. J.

Poética

EL GENIO

Olyidado en un cofre de oro,
sin estima tal vez de su dueño,
un brillante mis ojos toparon
de polvo cubierto.

¡Cuánto brillo ocultaban sus caras,
como flores el bosque en su seno,
esperando la luz que descubra
sus muchos reflejos!

¡Ay! pensé; cuántas veces el alma
un brillante también lleva dentro,
esperando una luz que lo hiera
para dar el reflejo del genio.

ANTONIO M. LOZA, C. M. F.

GENIUS


*Forte socordi domino relicum
Aureo occlusum lapidem camillo
Splendidum foedo penitus videbam
Pulvere opertum.*

*Ecce velatum facie nitorem
Plurima quantum! Nemore in viren
Nocte prout flores, ita praestolatur
Lumine pandi.*

*Corde sic mecum recolens agebam:
Insidet menti quotiens lapillus,
Luce qui taetus, genii micabit
Ignibus ultrol*

Vertit: LUDOVICUS MARCOS, C. M. F.

NOVA ET VETERA



PICTURA 3.^a

INFANTIA ET ADULESCENTIA

Pictura 3.^a et 4.^a ita contexuntur ut in quattuor scaenis familiaribus praecipuae res ad tempus, ad aetatem, ad familiam, ad vestes, at valetudinem exponantur.

PRIMA SCAENA. — SOLLEMNIA BAPTISMATIS IN VICO

1. — Advenit ver, mensis martius, aprilis, vel majus; hic dies hebdomadis est dies lunae, martis vel mercurii; hora autem decima matutina.

2. — Tempus temperatum aërisque purus est; splendet sol, sed caerulum caelum levibus obducitur nubibus.²

3. — Arbores vix foliis virent; exiles populi³ et ingens platanus¹⁷ tantum germinarunt.

4. — Redebunt hirun lines⁴ et, circum sagittam⁷ turris campanariae,⁵ quae vici ecclesiam superat, jubilantes volitant.

5. — Quae tamen ecclesia cum ampio pronao¹³ et magno horologio⁸ est valde simplex. Horarium,⁹ quod horas signat, est in numero X; minutarium¹⁰ vero, quod minuta indicat, est in duodecima hora.

6. — In campanario campanae¹¹ festivae sonant. In extremo teatro crucicula¹² lapidea prominet.

7. — Ecclesia non tantum magnam januam,¹³ sed et ostiolum¹⁴ laterale habet, quo Dnus. Parochus,¹⁵ vestie talari indutus, e sacrificia¹⁴ exit et in curiam¹⁹ pergit.

8. — Juxta eum est lactaria²⁴ cum asino, quae ex urbe redit, quo ad pueros optimum lac asportavit.

9. — Haec autem matutina excursio asino nostro valde grata est, qui quidem jucunde aërem haurit fragrantem odore florum,²⁰ qui vicini horti arbores frugiferas¹⁸ contegunt; haec, persicae¹⁸ et armeniacae¹⁹ rosei et albi coloris sunt atque maximam fructuum exspectationem faciunt.

10. — Interea apiculae²² alvearis²¹ illac convenienti susurrantes, dulcis mellis conquirendi causa.

11. — Sed quid accidit? En pueros vici currentes et anseres²⁵ territos fugantes; sollemnia enim baptismatis filii libellionis eelebrantur; nunc autem ex ecclesia prodeunt.

12. — Jacobulus festivo campanarum clangore in cunabulis²⁶ expurgiscitur, ejusque soror Magdalene, quae comitatum aspergere vult, matrem rogat ut capillos componat vestemque sibi induat in limine domus.

13. — Cui mater annuit, et (sericum), ricinum,²⁸ thoracem²⁹ cingulumque³⁰ inducit, atque in sella ante portam sedet; Magdalene vero inducula³¹ et thoracio³² tantum induitur.

14. — Et quantum gaudet! flores obliviousit —quos praecipue amat— caryophilla,³⁴ ubi papilioes³⁵ consident, tulipas,³⁶ asteres atticos³⁷ in vasis floribus³⁸ super parietem³³ et rosas³⁹ quae venustam componunt saepem. Mulierum frequentiam cum eximio corporis vestiumque cultu intuetur.

15. — At pueris vieti nulla cura est de cultu corporis vestisque; ii enim festinant atque jaçtantur ut pulcralia⁵⁵ aut nummos⁵² apprehendant; ex his quidam lacrimat.

16. — Alius catuli⁴² pedem calcavit, qui latrans se proripit et gallinam⁴³ cum pullis⁴⁴ fugat.

17. — Comitatui praeest nutrix,⁴⁵ mitella⁴⁶ cum longis redimiculis ornata, quaeque infantulum⁴⁷ ueste intexta⁴⁸ indutum portat.

18. — Post nutricem patrinus⁴⁹ et matrina⁵³ succedunt, qui pulcralia et numeros impertinent. Patrinus chirothēcis⁵¹ atque procero petaso⁵⁰ utitur, matrina vero in manu florum fasciculum⁵⁴ profert.

19. — Pone eos patruum⁵⁶ et an itam⁵⁸ dispicimus infantis. Amita venustā mitra⁵⁹ cooperitur, patruus vero nigra laena⁵⁷ et alba exomide. Consobrinus⁶⁰ et consobrina⁶¹ subsequuntur, quae infantis sororem,⁶² parvulam Beriham, manu dicit.

20. — Alius Berthae frater⁶³ post venit, qui propinquae⁶⁴ manum porrigit; in extrema vero parte familiae amici⁶⁵ succedunt.

21. — Prope catervam en mendicum,⁶⁶ qui baculo⁶⁷ subfultus, stipem cogit.

22. — Ex adversa parte elegans adulescentulus⁶⁶ salutem impertit et «ave» iis —quos novit— dicit.

23. — Vici incolae domibus exierunt ut baptismatis sollemnia transire videant. Rusticum⁶⁹ cum pileo gossypino et juxta eum rusticam⁷⁰ inspicimus, deinde anum⁷¹ scipione⁷² subnixam, tandem pistoreum⁷³ cum magna causia⁷⁴ coactili et juviorem rusticam sculponeis⁷⁵ indutam, quae puerum ambulare docet.

24. — Quae scaena [ut videtis] oblationem habet.

VOCABULARIUM

- hebdomāda, ae - hebdōmas, ādis, f., *semana*.
5 turris campanaria, campanarium, ii, n. (DUCANG), *campanario, clocher*.
jubilare, *dar gritos de alegría, pousser des joyeux cris.*
13 pronāon, i, n. (-nāos, i, m. -nāus, i), *soportal, pórtico, porche.*
8 horologium, ii, n., *reloj, horloge.*
9 + horarium, ii, n., *borario, petite aiguille.*
+ numerus, i, m., *cifra, chiffre.*
signare, *marcar, señalar, marquer.*
10 *minutarium, ii, n., *minutero, grande aiguille.*
+ minutum, i, n., *minuto, minute.*
14 sacrīstia, ae, (sacrarium), *sacristía, sacristie.*
19 curia, ae (DUCANG), *casa rectoral, abadía, presbytère.*
24 lactaria, ae, *lechería, laitière.*
18 persicus, i, f. *persica (arbor), melocotonero, pêcher.*
19 armeniaca, ae, f., *albaricoquero, abricotier.*
21 alvearium, ii, n., *alveare, is, n., colmena, ruche.*
25 anser, eris, m., *ganso, oie.*
libellio, onis, m., *notario, notaire.*
26 cunabula, orum, n. pl., *cunz, berceau.*
comitatus, us, m. (caterva, ae, frequentia), *comititia, cortège.*
componere, comēre capillos, *peinar, peigner.*
28 + cincium, ii, n. (+ flammeum, ii), *pañuelo de seda, fular, foulard.*
29 + thorax, ācis, m., *corpiño, jubón, corsage.*
30 cingulum, i, us, i, *delantal, tablier.*
- 31 + inducula, ae, [+cyclas, ādis, f.], *saya interior, jupon.*
32 + thoracium, ii, n., *justillo.*¹
34 caryophillon, i, n., *clavel, oillet.*
35 papilio, onis, m., *mariposa, papillon.*
36 *tulipa, ae, *tulipán, tulipe.*
37 aster atticus (convallaria, ae, LIN.), *muguete, lirio de los valles, muguet.*
38 + vas florale, n., *testa florum, maceta, pot de fleurs.*
+ corporis vestiumque cultus, *aderezo en el cuerpo y vestido, toilette.*
55 + pulchrale, is, n., *bombón, bonbon.*
52 nummus, i, m., *moneda, perra, sou.*
46 + mitella, ae, *papulina, cofia, bonnet.*
redimiculum, i, n., *cinta (p. la cabeza), ruban.*
48 vestis intexta, *vestido de encaje.*
51 chirotheca, ae, *guante, gant.*
50 petāsus procērus, *sombrero de copa.*
59 mitra, ae, *sombrero (de señora), chapeau.*
57 + laena, ae, *levita, redingote.*
exōmis, idis, f., *chaleco, gilet.*
60-61 consobrinus-na, primo-a, cousin-e.
67 baculus, i, m., -um, i, n., *muleta, bâquille.*
«ave» dicere, *dar los buenos días, dire "bonjour"*
*gossypinus 3, (ex voce *gossypium*), *de algodón, de coton.*
74 causia, ae, *sombrero con anchas alas, chapeau.*
coactilis, e, de fieltró, castoreño, de leutre.
75 sculponeae, arum, pl. f., *zuecos, sabots.*

JOSEPHUS M.^a MIR C. M F.

¹ Gallica vero vox corset, hisp. *cotilla, corsé*, latine erit *mamillare*, is [strophium, ii].

Adjumenta Grammaticalia

VII. — Appendix de participio Latino et de gerundio Hispano. — De gerundio et gerundivo Latino

I. — Nota sensum participiorum:

PARTIC. PRAESENS:	<i>praesenti</i> : Omne animal nascens facile opprimitur actio sit simul (=cum nascitur).
cum v. primario et respondet =	<i>praeterito</i> : Plato scribens mortuus est (=cum scriberet).
	<i>futuro</i> : Vincentem coronabimus (=cum qui vicerit).
PARTIC. PERFECT.	<i>praeterito proximo hisp. si v. prima</i> Malum inveteratum, plerumque fit robustius (=cum inveteravit; c. ha envejecido).
actio antea facta est. et respondet =	<i>prael. remoto aut plusqperf. si v.</i> Tarquinius pulsus Roma, in Etruriam se contulit (=cum exp. esset, cuando arrojado).
PARTIC. FUTURUM	<i>praeferens</i> : futurus. et venturus rurum est apud optimos scrip nisi in conjugatione periphrastica; ejus significaciones cfr. ADJUMENTA I. in fine.
actio subsequetur:	

II. — Participium Latinum sive conjunctum sive absolutum respondet orationi secundariae accessoriae et in eam mutari potest (=condicioneam, concessivam, modalem, temporalem, causalem, finalem, relativam). En quaedam exempla: *Plato scribens mortuus est* (=cum scriberet =temp.) Interdu stellas non conspicimus luce obscuratas (=quia obscurantur =caus.). Multis obstantibus, hoc impretravi (=quamquam m. obstantebant =concess.). Lex est recta ratio imperans honesta, prohibens contraria (=quae imperat =relat. cet.)

III. — GERUNDIUM HISPANICUM si in orationem accessoriam latinam mutas hanc adhibe temporum consecutionem:

	v. primarium est in:	gerundium verte per:	exempla:
ger. simplex Hisp. (levendo, jugando)	<i>praesenti</i> / vel fut., alio tempore	<i>praesens subj.</i> : Cum levam me <i>comitariis.</i>	
g. compositum (habiendo escrito)	<i>praeferens</i> v. fut., alio tempore	<i>praet. perf. subj.</i> : Cum litteras scripserim, quiesco.	
fut. simplex (habiendo de marchar)	<i>praesenti v.</i> / fut., alio tempore	<i>pr. plusqperf subj.</i> : Cum litteras legissem, gavisus sum.	
fut. compositum (habiendo de h. marchado)	<i>praesenti, alio tempore</i>	<i>praeferens subj. periphr.</i> : Cum profecturus sis, tristis es.	
		<i>pr. imperf. subj.</i> : Cum profecturus essem, tristis eras.	
		<i>pr. perf. subj.</i> : Cum profecturus fuerim, viam ignoro.	
		<i>pr. plusqperf subj.</i> : Cum profecturus fuisset, viam ignorabam.	

N. B. Tamen juxta dicta in ADJUM. GRAMM. (I, *Fut. perf. N. a, b, c.*), futurum temporale postulat post se aliud futurum indicativum: *Cum sol occidet, abibimus [no: occidat] c. salga, en saliendo. Cum venies, colloquemur.*

IV. — Si gerundium Hispanicum participio Latino effers: participium cohaerere debet allicui voce primariae orationis: in participiis activis (*praesenti* et *futuro in -urus*) cum voce quae ad subjectum orationis secundariae spectat; in participiis vero pass. (perfecto et gerundivo in *-dus*) cum voce quae ad complementum orationis secundariae refertur: (cfr. tamen de part. abs. ADJUM VI): Curio ad focum sedenti magnum auri pondus Samnites attulerunt. [Samnites attulerunt aurum... *Curio cum sedet ipse* (=sedenti)]. Ad litteras a me missas nihil rescripsisti: [Non rescripsisti ad litteras, quas ego misi (=a me missas)].

V. — Ut *Lilie* verias orationem Hispanicam in participium, haec attendas; 1) particularum vel relativum dele; 2) ex verbo secundario (gerundio) participium efficies; 3) participium cohaerere debet cum voce cui refertur et in casu orationis primariae. Praeterea a) si in oratione primaria Hispanica pronomen inest, illud rescinde: *Al volver Cayo, le sorprendió la muerte: Mors oppressit Cajum redeuntem.*

b) si orationi primariae inest pronomen *meus, tuus, noster, vester,* orationem primariam efficies et, post pronomen, participium in genitivo pones: *Estando tu presente, no quisieron probar tu valor: Noluerunt experiri vim tuam praesentis.*

c) si orationi primaria inest pronomen *suus, ejus, eorum, cet.* orationem primariam efficies, et, pro pronomine, *rotem*, ad quam refertur pronomen, pone in genitivo et cum ea participium concordia: *Mientras leía Filipo la carta, Alejandro no apartó de su semblante los ojos: [Cum Philippus epistulam legeret, Alexander a vultu illius non movit oculos]: Alexander a vultu Philippi legentis epistulam, non...*

VI. — DE GERUNDIO ET GERUNDIVO: A) Gerundium est nomen verbale neutrum activum, cuius auxilio declinatio *praesentis infiniti* in casibus obliquis suppletur: en exempla: *Legere* est utile (N). *Tempus legendi* (G.). *Do operam legendi* (D.) *Cupio legere*. Paratus sum verum dicere (*ad v. dicendum*). Multum interest inter dare et accipere (Ac.). *Nihil agendo* homines male agere discunt (Abl.).

B) Gerundivum est adjективum verbale passivum, eoque utimur —pro gerundio— cum complementum directum habet. Tunc vero gerundium in gerundivum mutatur atque ejus casum assumit (*colendi = COLENDORUM*) et accusativus in casum gerundivi transit (*deos = DEORUM*): *Sanctitas* est scientia calendarum deorum (*colendi deos*).

C) USUS GERUNDIVI: Haec constructio adhibenda est: 1) in dativo, 2) cum aliqua adest praepositio (i. e. in accus. et in ablat. cum praep.). In reliquis casibus (i. e. in genit. et in ablat. sine praep.) constructio gerundiva usitator est gerundio activo. Excipe, ut plurimum, si pronomen *neutrum* aut *adject. neutrum modo substantivi* adhibeatur; *Litteris tradandis ingenium acuitur* (*tradando litteras*); sed: *Studium hoc (aliquid, vera) cidenti.*

<i>Præcessus agro colendo.</i> RECTE: <i>Aptus ad ferenda onera.</i>	<i>Præcessus colendo agendum.</i> PERPERAM: <i>Aptus ad ferendum onera.</i> <i>Liber est de contempnenda morte.</i>
--	--

D) Gerundio et gerundivo ultimur in genetivo:
 1) cum substantivis: *Vivendi ars* est prudentia.
 2) cum adjetivis quae genit. regunt: *Cupidus legendi; dicendi peritus.*
 3) in genitivo declarativo: *Verbum carendi* (*la palabra carecer*).
 4) cum finis indicatur: *Imperium conservandæ libertatis fuerat.*
Pacis petendae oratores missi sunt.
 5) cum voce *causa*, (*gratia*): *Pacis petendae causa missi sunt.*

N. B. Cum genitivis possessivis *mei, tui, nostri, vestri*, usurpatur semper genitivus neuter singularis in *-ndi* finitus: *Vestri adhortandi causa* (*non: adhortandorum*). Cleopatra *sui conservandi* causa aufugit (*non: conservandæ*).

E) Ultimur in dativo: 1: Cum adjetivis accommodatus, utilis, *optus*, *cet. (a recentioribus scriptoribus)*: *Aqua utilis bibendo* (*a class.: ad bibendum*).
 2) in locutionibus: *Oneri ferendo sum* (*par sum, sufficio, cet. Studeo, operam do, intentus sum* Tullio perlegendi. *Adsum, intersum, desum, cet. agro colendo*. Diem dico, statuo alicui rei facienda, *cet.*
 3) cum nominibus magistratum: *Dictator rei publicae constituendae.*
 4) raro cum aliis nominibus: *Curator muris reficiendis.*

F) In accusativo: cum praepositione *ad, in finem* significat, raro *ob, inter*: Legati ad foedus faciendum. *In rem p. conservandam conferre, inter ludendum* (post. class.) [=in ludendo=clas.].

G) In ablativo: 1) ut ablativus instrumenti et aliquando modi sine praep: *Scribendo* discitur. Dolor *commemorando* augetur.
 2) cum praep. *ab, ex, in, de*: Prohibenda maxime est *ira in puniendo*.
 3) cum praep. *pro* cum finem significat; Caesar *pro adipiscenda* Victoria excepit.

JOSEPHUS M. MIR, C. M. F.

Preludio al canto VI de la Iliada

El canto VI de la *Iliada* lleva en los códices por título "Ἐκτορὸς καὶ Ἀνδρόμαχος ὑπόλιτος: conversación (¡no despedida!) de Héctor y Andrómaca; pero ese título sólo se aplica a una parte del canto, la más bella del mismo y aun, a juicio de muchos modernos, de toda la *Iliada*. (Wilamowitz).

Su argumento completo es como sigue:

Retirados los dioses que habían combatido en el canto V a favor de uno y otro bando, el campo de batalla queda solo: Τρώων δ' οἰόθη καὶ Ἀγαλῶν φύλοποις αἰνή. Los griegos, naturalmente, llevan la ventaja. El poeta nos lo hace patente con la enumeración de una serie de héroes troyanos que van cayendo sucesivamente bajo la lanza de los caudillos aqueos. Néstor arenga a las tropas para que no se detengan a recoger el botín hasta completar la derrota del enemigo. (1-72).

La ciudad está amenazada. Los troyanos hubieran tenido que guarecerse tras las murallas, si Héleno, el adivino, hermano de Héctor, no hubiera aconsejado a éste que reagrupara a los fugitivos, invitándoles a la resistencia y marchara luego a la ciudad a ordenar sacrificios a Atena por la salvación de Troya. Héctor arenga al ejército y los troyanos se revuelven enardecidos contra sus enemigos que cesan en la matanza: λῆξαν δὲ φόνο. (107). Héctor tras nueva exhortación a las tropas marcha corriendo a la ciudad. (73-118).

Mientras Héctor está en Troya, en el campo de batalla se desarrolla el encuentro de Glauco y Diomedes. Los héroes que salen al medio como campeones, enardecidos para la lucha (μεριαῶτε μάχεσθαι), se dirigen, al aproximarse, corteses saludos y se preguntan por su ascendencia. Glauco cuenta la suya enlazándola con la bonita leyenda de Belerofonte, y Diomedes reconoce en su adversario a un antiguo huésped de familia: ἦ, πά νύ μοι ξείνος πατρώιος ἐστι πακαΐος.

El encuentro no ha lugar y los dos caudillos se estrechan las manos y cambian sus armas. (119-236).

El episodio de Glauco y Diomedes ni es interpolado ni está desplazado en la *Iliada*. Es parte integrante del canto VI. Con él logra el poeta trazar un cuadro de paz en el campo de batalla que sirve de contrapunto a las escenas familiares que simultáneamente se desarrollan en la ciudad. Ambas proceden del mismo soberano poeta: Si el encuentro y conversación de Héctor y Andrómaca es lo más humano y conmovedor de la *Iliada*, en el episodio de Glauco y Diomedes están los versos más humanamente melancólicos que ha dicho la lengua griega sobre el pasar de las humanas generaciones.

Héctor entretanto llega a la ciudad; le rodean las mujeres, madres, hermanas, esposas de los que quedan combatiendo en la llanura, pidiéndole noticias de sus familiares. Héctor ordena a todas que hagan oraciones a los dioses, pues la situación es muy grave. En su propia casa le sale al encuentro su madre. Primer cuadro de poesía humana, familiar e íntima, que contrasta más en el ambiente de guerra en que se desarrolla: Héctor viene manchado del polvo y sangre de los combates y no

se atreve a libar a Zeus el vino que su madre le ofrece para confortarle. Ordena a su madre que vaya con «las venerables», las γέραις (acepto la lección de Schulze y Wilamowitz) a ofrecer oraciones y sacrificios a Atena por la salvación de Troya. La reina obedece y cumple las órdenes de su hijo; pero la diosa deniega las súplicas de las troyanas: ἀνένευε δὲ Ηλέαδας Ἀθήνη. (237-311).

Héctor se dirige seguidamente a casa de Paris, que está con Helena después de su derrota por Menelao. Hay que hacerle volver a todo trance al campo de batalla. Los troyanos le recriminan su fuga y cobardía (Héctor se lo insinuará suavemente a su hermano en 524-525) y hay peligro de que cunda la desmoralización. Helena quiere convidar a Héctor, pero a éste le urge más ir a visitar a su familia, encargando de paso a Helena que incite también ella a Paris a volver a luchar. (312-368).

Y viene finalmente, la perla del canto, la que propiamente forma la "Extopos zai Ἀνδρομάχης ὄμητια, el trozo de poesía más humana que se haya jamás compuesto en ninguna lengua y cuya sola lectura y goce paga bien el trabajo, no pequeño, de aprender bien la griega para gustarla. Andrómaca no está en casa. Ha corrido furiosa a la muralla, porque han llegado a sus oídos noticias de que los aqueos apremiaban y los troyanos iban de vencida. En X, el canto también admirable de la "Extopos ἀνάπεσις, el poeta nos presenta a Andrómaca corriendo como una ménada furiosa a la muralla, mientras le golpea el corazón en el pecho: ὡς φαμένη μεγάρου δίεσσοτο παινάδη ἵση παικλωμένη κραδίγυ... (X, 60-61).

Héctor sale de casa y junto a las puertas se encuentra con su esposa, la nodriza y el niño chiquito. Como Héctor se quita el casco para que no dé miedo al niño cuando le toma en sus brazos, así aquí el poeta parece haberle quitado la broncinea coraza del pecho, para que llegaran hasta nosotros las palpitaciones de su corazón de hombre, esposo y padre, en estos hexámetros que nos parecen también los más sonoros, los más majestuosos de la *Ilíada*. (369-502).

No creo, como quiere persuadirnos Wilamowitz, que se trate de un trozo poético independiente, que fué introducido en la *Ilíada*, de la que el desconocido aedo de Z tomara sólo los nombres y el marco para su cuadro de maravillosa poesía. En el canto en sí hay una patente y buscada unidad: victoria aquea, marcha de Héctor a la ciudad, episodio de Glauco y Diomedes en el campo, escenas familiares de Héctor y su madre, Paris y Helena, Héctor y Andrómaca en la ciudad.

Hay también un enlace suficientemente claro entre Z y los cantos precedentes. No se ve por ninguna parte la señal de sutura o zurcido que debiera ser clara si Z fuera añadidura posterior al poema.

Finalmente, Héctor y Paris tornan al campo de batalla y los troyanos los reciben como los marineros el viento fuerte que hinche las velas después que estaban agotados de remar. Esta comparación está ya en H y aquí en efecto, H 7, se cierra el canto VI,

Salamanca

DANIEL RUIZ BUENO, C. M. F.
Catedrático de Griego

De erratione Georgii Pelleterii pueri

XII. (*prosequitur narratio*)

Et maxima velocitate voravit chilometra latae bituminataeque viae machina; sed puerorum animus id unum sollicitus, quando perveniretur quo curreretur, stridentem currum volatu etiam superans jam anticipabat (verumne est, Tommi?) eam felicitatem, quam percepturus esset ex complexu ejus, quae vera esset mater sua. Hac nocte, responderat ille serius semper homo et taciturnus uni ex tot pulsionis interrogationibus, hac nocte, si proclivia erunt omnia. Et jam sol occidebat neque nox multum erat tardatura. Primum tum solis occasu puerorum oculi radiaverunt gaudio.

Ah! si scivissent pueri, quae, qui haec legis, jam divinaveris! Re enim vera ille homo verum dixerat, sed longe alium dabat verbis suis sensum quam qui dici videretur pueris: dicebat enim ea ipsa nocte pueros perventuros esse, quo ipse jam dudum constituisset. In illa autem capona in aperto campo, ad viam secundariam sita, quo paucis horis venturi erant quattuor homines exspectabant, suspecti et nequam, qui opima conduiti mercede erant ut in perpetuum obsignarent secretum duorum puerorum, qui obstabant nefariis consiliis illius tristissimi et fraudulentissimi protectoris sui, a quo profectae erant omnes calamitates Tommii, ex quo hic adversa fortuna amiserat patrem, hominem Anglum, divitem et nobili natum genere, qui ipsis decem annis ante — et cunctis ephemeridibus tum res perscripta erat — digario casu abreptus in via Condatis erat (civitatis Rhedonum - Rennes) maximo cum luetu uxoris adhuc juvenis et filioli Robertuli (*Bobby*), tum paucos nati menses. Itaque ille dignissimus, ut videbatur, fide administrabat magnam rem familiarem Hedithae. Itaque cum in expediendis epistulis, quae afferebantur in palatium Watfordense plurimae, inhorruisset perlecta ea quae data erat a parocho Gallo, quippe quae nefarium consilium jam diu conceptum callideque instructum irritum redderet, confestim, celatis nimirum omnibus, de qua turbaretur re, profectus erat ad investigandum, quoniam novo impedimento occultae machinationes suae tardarentur, et ut anteverteret.

Bombax, exclamat mentiente vultu indignationem, bombax, nunc ipsum me benzino defici! neque id possum petere nisi ex loco regionis principe. Pernoctabimus ergo in deversoria taberna, quam bene novi; deinde eras primo tramine... Sic machina a via publica digressa horum fere dimidiā remissius cucurrit via serpente per agros, et obortis jam tenebris, percussa splendore lychnorum digariorum et salutata tuba digaria in conspectum venit taberna, quam rectissime sceleratam nonnulas tabernam. Scelera enim insculpta esse videbantur veluti nota infamiae in sordidis parietibus magni conclavis male olentis fumo tabaceo. Ad tenuem lucem lampadis emergentem ex illa fumea spissitudine pueri conspexerunt odiosas facies quattuor carnificum, qui assidentes mensae ludebant chartis clamoribus et pugnorum in mensa appulsi tumultuantes, qui tumultus ingressis hospitibus illico conticuit.

XIII. Puerorum dux compellans hominem statem prope mensam ad quam illi ludebant, magna voce: Hi duo pueri cenare debent, cenati statim duci cubitum, quia summo mane eos oportebit surgere. Ille mutus adnuit. Hic pueris liberam mensam assignat et ire sessum jubet. Interea domina adhuc junior annis accedit et disponit ante pueros escaria vasa. Digarius, cum pauca dixisset illis quattuor larvis, reversus ad pueros; qui taciti et suspensi circumferebant oculos, hortatur: Edite libenter et nihil timentes; ego properabo parumper, si possim reconcinnare machinam in crastinum mane. Dicunt hic, ex vicino, a duobus passibus, benzimum emi posse. Nobis liceat ire una —sic obsecrat Tommius— et postea in viam nos demus denuo. Sero est, ille sicce; sunt tenebrae, et vos fessi estis lassique. Cras primo mane, ut dixi, iter continuabimus. Sic is e conclavi egreditur.

Illa cena misellis pueris fuit tristissima. Perterritos oculos intendebant ad strepitus quattuor illorum atellitum, qui veros identidem ediderunt ululatus. Georgius eorum aspectu recordabatur odiosam faciem Rasputini coepitque formidare, Tommius nihil ciborum attigit crebra illacrimans, neque, nimium exasperati solitudine sua pueri, animadverterunt furtivis se observari obtutibus dominae cenam ministrantis.

Quae cum significasset cenam finitam esse, Georgius surgit, gestu virili missa in sinum interiore manu promit involucrum a bono sacerdote quod acceperat, de pretio cenae et hospitii interrogat: nam postero die tam mature proficendum esse. Illa admirans adspectu Georgiolum et etiam magis miratur schedulas nummarias promicantes ex involucro, quod manu tenebat puer, et: jam persoluta sunt omnia, inquit, et praecedit in conclave superioris tabulati, ubi eis assignat pro lecto stramineam culcitam impositam tabulis in conclavis angulo. Duo pueri vehementer mirati circumspiciunt, neque animum inducunt ut in isto cubili sua depellant membra. Postremo domina bonis verbis impetrat, ut decumbant. Vestitus componit in lecto et super eos sternit rude operimentum; augurata dein noctem bonam, blandita leniter lacrimanti Tommio, hunc etiam materna pietate paulisper contemplata, exit. Qui prospexit altius in ejus feminae animum deprehendisset illic in medio caeno impiae inhonestaeque vitae recordationem plenam pietatis: recordationem flavescentis capituli infantis, qui, si tum vixisset, eam vocasset, mammam, et eadem fuisset aetate, qua erat puer, quem tum reliquerat lacrimantem, qui paucis horis...

Et Tommiolus quidem non cessavit mittere singultus. Georgius, ut eum consolaretur, jussit adire precibus caelestem Matrem, cuius eduxit a pectore quadrulam. Cum in obscuro non possent videre lineamenta Virginis, quadrulam admovet et suis labris et amici, duoram deinde super se et illum in formam crucis submissa voce alloquitur, dum aequalis et levis spiritus Tommii et ipsi suasit somnum. Cum se parumper hoc illuc movisset, et ipse obdormivit.

ANDREAS HABERL, S. V. D.

Propola circumforaneus

(VENDITOR — FURIUS — MATER)

VENDITOR.—*Mala, mulieres meae, bonae meae nuces, pueri Agite agit! venite, properate, accedite, emite, gustate has turgidas juglandes, quas Jupiter ipse inflavit et tam opimas fecit. Est hic cicer frictum, faba fricta vobis apta et Lemuribus, nec haec vleta aut obsoleta; fumat, crepitat, manus adurit. Emite ergo, omnes emite.*

MATER.—*Quis clamitat ad fores?*

FURIUS.—*Jentaculi venditor; da mihi, quaeso, bona mater, nummorum alii quid, ut emam.*

MATER.—*Hodie quoque mane emere vis? Heri decem asses in hujusmodi nugas profudisti. Hodie nihil.*

VENDITOR.—*Quid statis stupidi, hiaticibus oribus, circa canistrum? Emite potius: habetis omnia gratissima saporis, quae salivam movent, avellaninas Tarentinas, nuces Praenestinas, caricas, Cauneas, Chalcidicas, alia multa jucundissima vobis.*

FURIUS.—*Da, quaeso, bona mater, nummorum aliquid, ut emam.*

MATER.—*Si vis, potes ejulare, strepere, contundere pedes, ploratibus et gemitis implere domum Nihil impetrabis.*

VENDITOR.—*Bene nostros pueros! accede, pallidule; eme, cincinnule; elige, puellula, tibi tria mala, tibi quattuor caricas, tibi aliquid cicerum.*

MATER.—*Heus tu, homuncio, qui clamitas, cave ne quid isti des helluoni.*

VENDITOR.—*Non dedit: jam ipse arripuit et in pedes se dedit.*

MATER.—*Arripuit quid?*

VENDITOR.—*Avellanias decem, duo mala, caricas septem cum tantillo fabarum.*

MATER.—*Quanti est id totum?*

VENDITOR.—*Viginti assibus.*

MATER.—*Ah, me miseram; tu autem, perfide, fuge; redibis... tamen; domum intra tibique erunt nuces... et reliqua¹*

G. PASQUETTI

PER ORBEM

Saepe in armorum stridore pacis opera placidius et narrantur et jucundiorre accipiuntur aure, quamobrem, ut opinor PALAESIRAE nostrae lectores notitia clarissimorum F. Rodríguez Marín, M. Asín Palacios, V. E Caro, Jos. R. Cervo e vita decessorum juvabit.

DNUS. FRANCISCUS RODRIGUEZ MARIN: Patriarum litterarum fautor et magister egregius fuit, et musarum et patriae noble decus. Ab Incunabulis carmina, ea que summa cum arte fingebat quae solitum et in vitae moeroribus confugium vocabat Artis criticæ meritissimus

auctor Menéndez et Pelayo plurimis et laudatissimis verbis eum extulit. Inter Francisci nostri opera litteraria soneta et madrigalia —quae vocantur— omni laude dignissima invenies Scriptores aureae nostrae aetatis diligentissime investigavit; ejus editio critica libri *Quijote* cum commentario verbis numquam sati laudabis Regionum dicendi modum —Baeticæ praesertim— unice amabat

Proverbiorum seu adagiorum compilationem sedulo ac constanter elaboravit.

Litteræ hispanicae «quando ullum invenient parem?»

1 Ex opere *Roma da vicino*, G. PASQUETTI, Ed. R. Sandron, Palermo.

M. ASIN PALACIOS: Die decimo quinto augusti, Sancti Sebastiani in clara urbe plam occubuit mortem, Academiae Hispanae moderator. Caesaraugustae die quinto julii anni millesimi octingen tesimi septuagesimi primi est natus. Sacra primum adoluit anno millesimo octingentesimo nonagesimo quinto; Juliani a Ribera, a quo ardenti semper est prosecutus studio, auditor fuit. Arabum in disciplinis et moribis studentibus longe condiscipulos praestabat. Scientiarum moralium Academiae anno millesimo nongentesimo decimo quarto est adscriptus, Regiae Academiae Linguae prius fuit membrum, hujus denique moderatoris sumnum est honorem adeptus. Vir eruditiois plenus et mentis acutissima vi praeditus et pietate inter cives et collegas praelucebat. Libris erat semper affixus; triplicem perpetuo attin gere metam amblebat, scilicet: Arabum auctores et opera in lucem et honorem vindicare; non exhaustum esse progressus scholasticae doctrinae fontem, arabum scil. scientiam; arabum denique doctrinam mysticam e Christiana certo promanare clarissimis significare verbis: quod feliciter, ut opinor, est assecutus.

Ex ejus rationibus constat Lullum nostrum, D. Thomam et Dante ex arabum scriptis plurima hausisse.

JOS. R. CUERVO: Centum abhinc annos Lutetiae Parisorum obiit. E Corvorum familia, die decimo nono m. septembbris anni millesimi octingentesimi undecimi Bogotae est natus. A teneris annis philologiam adeo ferventer coluit ut brevi post tempore alios discipulos maxime praestaret. De Bogotano sermone plena scientia disceptationes in lucem edidit. Linguae latinae laude dignissimam grammaticam mira et arte et

conclinnitate, composuit quae maximo etiamnunc in honore est; in hac componenda, artis paedagogicae altissimam notitiam in toto libro hic et inde significavit; maxime ab artis criticae cultoribus laudandae sunt quas in Clarissimi Bello grammatica apposuit animadversiones. Post mortem, quod saepius fit, ejus fama crescit, et nunc cum poëta «sublimi ferit sidera vertice».

DR. V. E. CARO: Die decimo nono m. martii a. 1944 Dr. Victor E. Caro –nobilissimi humanistae Michaëlis Caro filius, cuius centenariam commemorationem PALÆSTRA LATINA m. novembri a. 1943 commemoravit—, Bogotae, in Columbia, e vita cessit.

Elegans fuit poëta hispanus, extera carmina affabre vertit, Academiae Columbianae socius cooptatus est, Rectorque Facultatis Machinatorum (ingenieros) creatus. Patris sui opera in lucem vulgavit. En Carmen latinum quod, revocans memoriam infantis, Michaël Antonius filius Victoris dicavit:

AD VICTOREM

O miseris, ut erant tunc fata, parentibus orte,
tempore quo saevas dederat gens impia leges
et surgenti bona pressi terrore silebant!
Lu tus ubique, vagae circum tua tempora curae,
aetatem puero nimium fecere severam
quae ridens aliis, et quaedam signa doloris
vultus adhuc servat. Quam mitis tu tamen usque
indulsisse vacas! Quantum pietatis in ore!
Quaeque malis virtus, quaestus exosa, resistit,
pectore quanta latet! Te, duro tempore natum,
pro caeli dono laeti exceperunt parentes;
te victus fovi, te primo in limine vitae
felici genitor Victorem nomine dixi,
ut te jam primum per multa adversa docerem
pergere fidentem et res exspectare secundas.

MICHAEL ANTONIUS CARO.

Bibliographia

V. GÓMEZ BRAVO, S. J. — *Silva dramática, Razón y Fe*. Madrid.

Hic libellus est veluti complementum superioris sel. prosae selectae orationis. Opus in tres dispescitur partes; prima Lope de Vega cyclum complectitur, altera Calderon, tertia Romanticismi, qui vocatur Forsitan absolutior fuissest divisio si Cyclum ante Lope et post Romanticismum auctor addidisset. Pere omnium scriptorum patrias litteras coletum quaedam profert exempla: e Lope de Vega quinque itemque e Tirso de Molina, det. — Argumenta concinne exponuntur et clarissimis verbis explicantur. Alumnis pernitis erit libellus.

JOSEPHUS BAGARIA, C. M. P.

ABAD ANTONIO, S. J. — *Tratado de las oraciones castellanas, ensayo propedeútico al estudio de las oraciones en las lenguas clásicas*. E. Subirana, Barcelona, 1944, 5 ptas.

Praeter alias difficultates quae alumnis — novis praesertim — oriuntur cum textus grammaticae ediscunt, ea in primis eminet difficultas quod singulae grammaticae proprias adhibent rerum grammaticallum definitiones. Cui ut subveniat certe gravi incommodo Cl. Scriptor opusculum profert in quo definitiones de orationibus ejusque partibus et generibus continentur.

Consilium, opus, laborem emixi laudamus: quae pleno exitu partim ornata censemus praesertim in methodo, in ordine, in exemplis traditis; partim vero comparanda et aptanda — in definitiōnibus — aliis laboribus hūc similibus, ut *La oración y sus partes*, LENZ, Madrid, et *Léxique de la terminologie linguistique*, MAROUZEAU, Paris, ut ex his et ex omnium consensu una tandem rerum nomenclatura optima enascatur. Quae ad alumnorum et magistrorum commodo maxime desiderantur.

ECHAURI EUSTAQUIO. — *Grammática Latina, fonética y morfología con nociones de sintaxis*, Ed. Atlas, Madrid, 1944. 18 ptas.

Jamdiu desiderabatur nova editio Grammaticae latinae Professoris Dni. Eustachii Echauri, quae multis locis aucta atque locupletata tandem prodiit.

In ea et perspicuitatem in legibus et methodum scientificam, et sanam probatamque doctrinam et moderatam rerum copiam certe laudabis. Quibus ornata virtutibus adjumento erit Institutorum alumnis sed et fundamento solido iis qui ampliorem cognitionem in Academiis acquirunt et ipsis latinitatis magistris.

Opus vere elaboratum in quo non nulla clarius explicantur quae vel ambiguae vel perperam ab aliis grammaticis traduntur. — Cum opus primis cursibus destinetur, syntaxis notionibus completeretur et parva scriptorum anthologia.

Syntax brevi edetur.

SPES. — *Diccionario ilustrado latino-español, español-latino*, 2.^a ed. revisada por D. Vicente García de Diego. 15 x 21, 684 págs con ilustraciones y mapas. Editorial Spes, Paseo Emperador Carlos I, 149, Barcelona, 1944. 30 ptas.

Superiore anno editum est Barcino-ne Lexicum Latinum SPES quod alumnis certe maxima utilitati fuisse arbitramur atque futurum. Haec vero editio, a Dno. Vincentio García de Diego retractata prodit. Picturis, tabulisque geographicis effabre descriptis decoratur, plura quae ad Romanorum vestes, mores, institutiones spectant, exponuntur. Remanent tamen non nulla quae, in notis accentus praesertim, recognoscantur et perpoliantur. Recolant autores — rogamus — quae in lexico etymológico latino sub voce *jacio* Ernout et Meillet conscripserunt et quae Nieder-

mann (*Phonétique historique du latin*, § 20, pag. 51) profert: «Le préfixe (de abicio, adicio, conicio, inicio, etc.) est toujours long par position dans la lyrique et dans l'épopée», et ex his quae, melius redigenda sint, videant.

BASABÉ ENRIQUE, S. J. — *Temas de composición griega. II sintaxis*, Ed. Razón y Fe, Madrid. 9 ptas.

Aptissimus libellus quo exercitilis syntaxis Graeca excolatur. Leges praeципuae syntaxis et locutionis Graecae passim alumno explicantur antequam proponantur exercitia: haec vero sive vertenda Hispanice sive Graece saepius brevissimis constant locutionibus ut lex syntactica facilius memoriae commendetur. Vocabularia ubique exercitilis apponuntur, atque verborum serie et vocabulario Hispano liber completur. Opus ordine et methodo commendatum habebis, si his ejusdem Scriptoris exercitia morphologiae Graecae adjunxeris.

JOS. M. TRISTANIUS, C. M. F.

MESA CARLOS E. C. M. F. — *T. Livii Historiae selectae o Viñetas Históricas de Tito Livio*; selección escolar sólo texto, 72 p., 3 ptas.; texto y notas IX-134 p. 6 ptas.

Hunc novissimum PALAESTRÆ LATINAЕ textum impenso studio et accurata Livii lectione et cognitione exaravit litterarum latinarum cultor et quondam magister Carolus E. Mesa, C. M. F. Illum scitae de analogia et sintaxi latina notulae ornant, et breves de rebus historicis animadversiones componunt, cum eleganti et elaborata synthesi de argumentis narrationum. In opusculi litmine accurate et breviter de Livii vita, de Livio pulchro rerum scriptore, de Livii sermone, de cet... aliqua exponuntur. Jucundiores has «T. Livii Historias selectas» clarissimi typi oculis faciunt. Omnibus, sed praesertim hispanae juventuti latinitatis studiosae, hunc novissimum PALAESTRÆ LATINAЕ, textum vchementer commendamus.

ALOISIUS M. CANALS, C. M. F.

Lengua Griega — Parte 1.^a: Diccionario Griego-Español ilustrado; parte 2.^a: Manual de la Lengua Griega. — Obra preparada por los Profesores del Colegio de Loyola, bajo la dirección de Rufo Mendizábal, S. I. Doctor en Letras. — Ediciones Fax, Plaza Sto. Domingo, 13, Madrid.—1 072 pg., 65 pts.

Prima hujus egregii operis pars «Diccionarium Graecum-Hispanicum» alumnis, qui litteris Graeciis incumbunt, maxime utilitatem praestabit. Singulis vocibus radix seu notatio apponitur, significaciones ordine traduntur, vox derivata Hispanica seu Latina, quae cum Graeca conjugatur, subsequitur. Vocabulario nominum, quae vocantur, priorum completur atque picturis tabulisque geographicis opus illustratur. Charta optima atque editio typographica accurata.

Ex altera tamen parte forte majus commodum alumni percipient. Completitur: 1) paradigmata grammaticalia; 2) verba anomala (communia et in dialectis) quae praecipuo erunt adjumento in legendis scriptoribus, nam saepius vocum variationes scholares haud facile perspicillunt atque ubi investigent, ignorant; 3) diccionarium memoriale (mnemonicum) seu etymologicum: quod profecto est elaboratissima operis pars in qua assiduo constantique labore, solida atque intima linguae Graecae et Hispanicae cognitione voces Graecae cum praecipiis derivatis et compositis Hispanicas continentur; ibi pariter rationem et significacionem vocabulorum invenies.

Huic diccionario introductio praestantissima atque doctrina referta praemittitur ubi cl. P. Mendizábal, qua decoratur scientia, leges ac praecepta tradit de phonetica Graeca - saepius cum Latina comparata - , de apte conformandis et acuendis vocabulis Hispanis ex Graeco fonte deductis. Plura innuit retractanda atque corrigenda in lexico R. Academiae Hispanicae et usu introducita. Litterae patriae tanto meritoque operate cumulatae certo gaudere debent

JOSEPHUS M. MIR, C. M. F.

Curiosa et jocosa



nu-	ris	a-
Do-		
bis	mul-	me
tos	fe-	e-
cos	nec	ra-
		lix

SALTUS EQUI
Equus ordinatim
saliens notissi-
mum Ovidii ver-
sum effinget. num-
quam oblivioni
tradendum. — MICHAEL RAMOS, C. M. F.

TRIANGULUS NUMERICUS

1	2	3	4	5	6	7	8	Vates
1	2	3	5	4	5	2	3	Remigibus praeerat
5	3	6	8	5	6	8		Maestus
5	4	5	6	7	8			Sabinorum rex
5	6	5	7	8				Romanorum Caesar et Imperator
1	2	3	4					Temporis spatium
5	7	8						Species aromatica
7	5							Patria Jobi
1								Consonans

MICHAEL RAMOS, C. M. F.
(solutio in proximum num.)

Domi sutoris:

PATER. — Salve, bone sutor. Filius
meus pretium vestis, quam venustule
elaborasti, nondum tibi solvit et vento
ut...

SUTOR. — Tempus erit solvendi,
nonne?

PATER. — Quidem, et propterea venio
ut aliam ei componas.

J. GARCIA, C. M. P.

Barbastri

—En, amice, miram pirum. cuius
fructus nunquam maturant.

—Cur? Arborisne morbus est?

—Minime; sed propinquitas ad viam.

EDUARDUS CANALS, C. M. P.

—Medicus, parum attentus, telepho-
nio cum cliente loquitur.

—Quid accidit? eum interrogat.

—Stomacho et capite labore.

—Videamus, videamus ergo, lingua^m
exsere.

VALENTINUS CONEJERO, C. M. P.

—Suntne hae vaccae ex' quibus lac
extrahitur?

—Ex alba quidem, opinor.

—Et ex nigra?

—Ex nigra. forte... cafeum

ANGELUS SANZ, C. M. P.

APUD MEDICUM

MEDICUS — Ab omni capitinis labore
desistas oportet.

AEGROTUS. — Ergo fame peream?

M. — Ecce!

A. — Fonsor ego sum.

JOSEPHUS M. COSCOJUELA, C. M. P.

Barbastri

—Audi, stupidel! Potesne dicere mihi
quando hāc currus ferroviarius transibit?

—Quo modo scis me stupidum ap-
pellari?

—Id suspicatus sum.

—Ergo suspicare etiam quando cur-
rus ferroviarius transibit.

ALBERTUS ALEGRE, C. M. P.

PATER. — Joannellē! Joannelle!

PUER. — Quid, pater, vis me facere?

PATER. — Vide quantum descenderit
thermomетrum.

(paulo post tempore)

PUER. — Plurimum, pater, decem
metra plus minusve.

PATER. — Sanus es, fili mi?

PUER. — Ita, pater, nam decidit mihi
in via.

JOSEPHUS ASPA, C. M. P.

Barbastri